is onerans diſtrahendas per plateas circunfer-
ret.adiecta conditione qua diutius in hoc offi-
cio retineretur.vt ſi forte eas vnus pariter coe-
mere voluiſſet non cederet.ſed ſingilatim eas que-
rentibus venundaret. Quod ille tota deuotio-
ne cōpleuit.⁊ omni confuſionis verecundia pro
nomine ac deſiderio chriſti calcata ſportas hūe-
ris ſuis imponens precio ſtatuto diſtraxit.ac pe
cuniaꝫ ad monaſteriuꝫ reportauit. nequaq̄ per
territus taꝫ vilis ⁊ inſueti officij nouitate.nec cō
ſiderans indignitatē rei.nataliumqꝫ ſplendoreꝫ
ac venditionis iniuriaꝫ.duꝫ illaꝫ chriſti hūilita-
teꝫ que vera nobilitas.per obedientie gratiaꝫ de
ſiderat obtinere.

¶ De abbatis pynufij hūilitate qui relicto ce-
nobio celeberrimo cui preſbiter preerat. longin
quuꝫ monaſteriū in quo velut incipiens ſuſcipe-
retur deſiderio ſubiectionis expetijt.

Capituluꝫ xxx.

c Oartat nos libelli modus ad fineꝫ tē-
dere.ſed obedientie bonuꝫ que inter ce
teras virtutes primatuꝫ tenet. non pa-
titur nos eorū geſta qui per hanc claruerunt pe-
nitus ſilentio preterire. Propter quod vtrun-
qꝫ congrue tēperantes ideſt tā breuitati q̄ ſtu di
oſorum deſiderijs atqꝫ vtilitatibus ſeruientes.
vnum adhuc ponemus humilitatis exemplum.
quod non ab incipiente ſed a perfecto atqꝫ abba
te completum.non ſolum iuniores inſtruere.ſed
etiam ſeniores ad perfectam humilitatis virtutē
lectione ſua poterit incitare. Vidimus itaqꝫ ab-
batem pynufium qui cum eſſet immanis cenobij
preſbiter.quod eſt in egypto non longe a paneſi-
ſi ciuitate.⁊ pro ipſa reuerētia vel vite ſue vel eta
tis vel ſacerdotij cunctis honorabilis ac venerā
dus exiſteret.videns ſe pro hoc ipſo humilitateꝫ
illam quam ſecunduꝫ ſue mentis ardoreꝫ concu
pierat exercere non poſſe.nec habere quo virtu
tem deſiderate ſubiectionis extenderet.clam fu
giens de cenobio ſeceſſit ſolus in thebaydos vlti
mas partes. Ibiqꝫ depoſito habitu monachorū
aſſumpta ſeculari veſte cenobium tabenenſiota
ruꝫ expetijt.quod ſciebat cunctis eſſe diſtrictius
⁊ in quo ſe vel pro longitudine regiōis credidit
ignoranduꝫ vel pro magnitudine monaſterij ac
multitudine fratrum facile poſſe celari. Ubi diu
tiſſime preforibus perſeuerans. cunctorum fra-
trum genibus prouolutus vt ſuſciperetur ſum-
mis precibus exorabat. Cunqꝫ multo deſpectu
tandem fuiſſet admiſſus.quod ſcilicet decrepit⁹
ſenex ⁊ qui omnem ſuam peruixiſſet etateꝫ ingre
di cenobium poſtularet quo tempore iam ne de
ſeruire quidem ſuis voluptatibus preualeret.ac
ne hoc quidem ipſum cauſa religionis expetere
eum aſſererent.ſed famis ⁊ inopie neceſſitate cō
ſtrictum.vt ſeni nulliqꝫ operi penitus apto hor
ti cura diligentiaqꝫ mandatur. Quam ſub alio

2009 Ministerio de Cultura

fratre iuniore qui eũ ſibi creditũ retinebat exercens ſic eidem ſubdebatur tantaqꝫ obedientia ꝺſideratam humilitatis excolebat virtutē. vt nõ ſolum ea que ad horti curam diligentiamqꝫ pertinebant. verum etiã vniuerſa officia que cunctis erant aſpera vel indigna. atqꝫ ab omnibus ducebantur horrori. tota quotidie ſedulitate compleret. Quamplura etiam nocte conſurgens ita furtiuꝫ nullo teſte vel conſcio tenebris occullentibus viſuꝫ efficiebat. vt penitus auctorem operis nẽo deprehenderet. Cumqꝫ ibidẽ triennio deliteſcens diſperſis per vniuerſam egyptuꝫ vbiqꝫ fratribus quereretur. a quodam tandem viſus qui de egypti partibus commearat. vix potuit pro humilitate habit⁹ ſui ac vilitate officij qđ gerebat agnoſci. Naꝫ ſarculo deorſum incuruus laxabat oleribus terram. deinde ſtercus humeris ſuis aduectans eorum radicibus ingerebat. Cumqꝫ hec intuens frater ſuper agnitione eius diutiſſima fuiſſet heſitatione detentus. propius tandẽ accedẽs ꝛ non ſolum vultuꝫ ſed etiaꝫ ſonuꝫ vocis diligenter explorans. ad pedes eius cõminus procidẽs primo quidem ſuper hoc ſtuporem ſũmum vidẽtibus cunctis incuſſit. cur videlicet iſtud fecerit ei qui apud ipſos velut nouicius ac de ſeculo nup egreſſus habebatur extremus. poſt vero miraculo ſunt maiore perculſi. cum eius nomẽ quod apđ ipſos quoqꝫ magna fuerat opinione cõpertuꝫ ꝓtinus prodidiſſet. A quo vniuerſi fratres prioris ignorantie veniaꝫ poſtulantes. ꝙ eum videlicet tanto tempore inter iuniores ac paruulos deputaſſent. inuituꝫ ac flenteꝫ quod inuidia diaboli digna ſibi fuiſſet cõuerſatione atqꝫ humilitate fraudatus. quaꝫ diutiſſime requiſitaꝫ tandeꝫ aliquando ſe inueniſſe gaudebat. nec meruiſſet vitaꝫ ſuaꝫ in illa quaꝫ arripuerat ſubiectione finire ad propriũ cenobium reduxerũt. cuſtodiẽtes eũ ſumma diligẽtia. ne ab eis quoqꝫ ſimilit̃ quoꝙ dilapſus aufugeret.

¶ Quemadmoduꝫ abbas pynuſius reductus in monaſteriuꝫ ſuuꝫ modico tẽpore cõmoratus iterũ fugerit in partes ſyrie.

Capituluꝫ. xxxi

v Bi cuꝫ fuiſſet modico tempore demoratus. eodeꝫ rurſus humilitatis deſiderio atqꝫ ardore ſuccenſus. captans nocturna ſilentia ita diffugit. vt iam prouinciã non vicinaꝫ ſed ignotas ꝛ alienas longeqꝫ diuiſas regiones expeteret. Naꝫ conſcendens naueꝫ in paleſtine partes cõmeare feſtinauit. credens ſe tutius latitaturuꝫ. ſi ad illa ſemetipſuꝫ aſportaret loca. in quibus ne nomen quidem ſuuꝫ fuiſſet auditum. Quo cuꝫ adueniſſet. noſtruꝫ monaſterium protinus expetiuit. quod non longe fuit a ſpeleo in quo dominus noſter ieſus chriſtus ex virgine naſci dignatus eſt. In quo permodico tẽpore deliteſcens. ſecunduꝫ ſententiaꝫ domini tanꝙ ciuitas ſuper montẽ poſita diutius abſcondi non potuit. Nã continuo quidaꝫ fratruꝫ qui ad loca ſancta de egypti partibus orationis cauſa conuenerant. agnituꝫ euꝫ ſũma vi precũ ad cenobiũ ſuuꝫ reuocarunt.

¶ Que precepta dedit ideꝫ abbas Pynuſius fratri quẽ in ſuo mõaſterio ſub noſtra recipiebat preſentia.

Capituluꝫ. xxxij.

b Unc igitur ſeneꝫ pro illa que nobis fuerat apud ipſuꝫ in mõaſterio noſtro familiaritas. cuꝫ poſt hec in egypto ſtudioſiſſime requiſiſſemus. exhortationeꝫ quã dedit fratri queꝫ ſub noſtra preſentia in cenobio ſuo recipiebat. qꝛ puto ex hac poſſe aliquid inſtructionis accidere. animus eſt opuſculo huic intexere. Noſti ait quot diebus preforibus excubans. hodie ſis receptus. Cuius difficultatis cauſam primitus debes agnoſcere. Poterit eniꝫ tibi in hac via quã ingredi concupiſcis multũ conferre. ſi ratione eius agnita ad chriſti ſeruitiũ cõſequenter ac ſicut oportet acceſſeris.

¶ Quod ſicut magna rẽuneratio monacho debetur ſecundũ inſtitutionẽ patrũ laboranti. ita et pena ſimiliter tribuatur. ꝛ idcirco non debeat qs facile admitti in monaſterio.

Capitulũ. xxxiij.

s Icut nanqꝫ immenſa gloria fideliter ſeruientibus deo ac ſecundũ regule iſtitutionẽ ei coherentibus repromittitur in futurũ. ita pene grauiſſime preparantur his qui tepide eã negligenterqꝫ fuerint executi. ꝛ ſecundũ hoc ꝙ profeſſi ſunt vel quod ab hominibus eſſe creduntur fructus etiam congruos ſanctitatis eidẽ exhibere neglexerint. Meli⁹ eſt eni ſecundũ ſcripture ſententiã non vouere quenꝙ ꝙ vouere ꝛ nõ reddere. ꝛ maledictus q facit op⁹ dei negligenter. Ideo igitur a nobis diutiſſime refutatus es. non quia tuã vel omniũ ſalutẽ non toto deſiderio cupiamus amplecti. ꝛ his qui ad chriſtũ cupiunt peruenire etiã procul occurrere nõ optemus. ſed ne temere recipiẽtes. ꝛ nos apđ deũ leuitatis. ꝛ temetipſum reũ grauioris ſupplicij faceremus. ſi ad preſens facile ſuſcept⁹. nec põdus profeſſionis huius intelligẽs. vel deſtitutor poſt hec vel tepidus extitiſſes. Quãobrem ipſã cauſã abrenunciationis debes in primis agnoſcere. Qua perſpecta. quid te conueniat agere ex eius ratione manifeſtius inſtruaris.

¶ Quod abrenunciatio noſtra nihil ſit aliud ꝙ mortificatio ꝛ imago crucifixi.

Capitulũ. xxxiiij.

a Brenunciatio nihil eſt aliđ ꝙ crucis ac mortificatiõis indiciũ. Ideoqꝫ noueris hodierno die te huic mundo ꝛ actibus eius ac deſiderijs eſſe defunctũ. teqꝫ ſecundum apoſtolum mũdo huic eſſe crucifixum tibiqꝫ hunc mondum

2009 Ministerio de Cultura

Conſidera ergo conditiones crucis ſub cuius te deinceps ſacramento oportet in hac luce verſari. quia iã tu non viuis. ſed ille viuit in te qui eſt crucifixus pro te. Eo ergo habitu ac figura qua pro nobis in patibulo fuit ille ſuſpenſus. nos quoꝙ neceſſe eſt in hac vita degere. vt ſcilicet ſecũdũ dauid affigentes timore domini carnes noſtras. vniuerſas voluntates noſtras ac deſideria nõ noſtre concupiſcentie ſeruientia. ſed mortificationi eius habeamus affixa. Sic eni domini preceptũ iplebimus dicentis qui non accipit crucẽ ſuam ⁊ ſeqtur me. nõ eſt me dign⁹. Si forte dicas. Quomodo poteſt homo crucẽ ſuã iugiter portare. vel quemadmodũ viuens quis poteſt eẽ crucifixus. Audi rationẽ breuiter.

¶ Quod crux noſtra timor domini ſit. Capitulũ. xxxv.

c Rux noſtra timor domini eſt. Sicut ergo crucifixus quis iã non pro animi ſui motu membra ſua quoꝙ mouendi vel conuertendi habet poteſtatẽ. ita ⁊ nos voluntates noſtras ac deſideria non ſecundũ id quod nobis ſuaue eſt ac delectat ad preſens. ſed ſecunduꝫ legem domini quo nos illa conſtrinxerit applicare debemus. Et ſicut is qui patibulo crucis affigitur. non iam preſentia cõtẽplatur. nec de ſuis affectationibus cogitat. non pro die craſtino ſolicitudine curaꝙ diſtenditur. nulla poſſidẽdi cõcupiſcentia permouetur. nulla ſuperbia. nulla cõtentione. nulla emulatione ſuccenditur. non de p̄ſentibus dolet iniurijs. non preteritaruꝫ iã recordatur. ſeꝙ cũ adhuc ſpirat in corpore cunctis elementis credit eſſe defunctũ. illuc premittens ſui cordis intuituꝫ. quo ſe non dubitat illico trãſituruꝫ. ita nos quoꝙ timore dñi crucifixos oportet his omnibus ideſt non ſolũ carnalib⁹ vicijs verũ etiã ipſis elementis mortuos eſſe. illuc habentes oculos anime noſtre defixos quo nos ſperare debem⁹ momentꝭ ſingulis migraturos. Hoc.n. mõ mortificatas poterim⁹ vniuerſas concupiſcẽtias noſtras ⁊ affectus habere carnales.

¶ Quod renunciatio noſtra nihil p̄ſit ſi iiſdẽ q̄b⁹ renunciauimus iplicemur. Cap. xxxvi.

c Aue ergo ne quid aliquando eoꝝ reſumas que renuncians abiecisti. ⁊ contra domini interdictuꝫ de agro euangelice operationis reuerſus. inueniaris tunica tua qua te expoliaueras reueſtiri. neꝙ ad humiles terrenaſꝙ mundi huius concupiſcentias ac ſtudia reuoluaris. ⁊ contra euangelij mandatũ de perfectionis recto deſcendens. tollere aliquid preſumas ex his que abrenuncians abdicaſti. Caue ne parentũ ne affectionis priſtine recorderis. ⁊ ad curas huius ſeculi ſolicitudineſꝙ reuocatus. ſecũdũ ſaluatoris ſententiã ponens manũ tuã ſuper aratrũ ⁊ aſpiciens retro. regno celoꝝ aptus eſſe non poſſis. Caue ne quando ſupbiã quã nunc incipiẽs ardore fidei ac pia hũilitate calcaſti. cũ ceperis pſalmoꝝ vel p̄feſſionis hui⁹ quadã noticiam deguſtare. paulatĩ elatus reſuſcitare meditetis ac ſecũdũ apl'i ſententiã q̄ deſtruxiſti iterũ reedificans preuaricatorẽ cõſtituas temetipſuꝫ. ſꝫ potius vt in hac nuditate quã corã deo ⁊ angelis eius p̄feſſus es ad finẽ vſꝙ pdures. In hac quoꝙ hũilitate ac patientia. qua vt ſuſciperis ĩ monaſterio decẽ dieb⁹ prefori⁹ perſeuerans multis lachrymis iplorasti. non ſolũmodo perſiſtas. verũ etiã proficias atꝙ ſuccreſcas. Satis.n. miſerũ eſt vt cũ debeas a rudimentis ac primordijs tuis p̄uehi ⁊ ad perfectionẽ tendere. ẽt ab ipſis icipias ad inferiora decidere. Nõ.n. q̄ cepit hec. ſed q̄ perſeuerat in his vſꝙ in finẽ. hic ſaluus erit

¶ Quod diabol⁹ nr̃o fini ſemp ĩſidietꝰ. ⁊ nos ei⁹ caput iugiter obſeruare debeam⁹. Cap. xxxvij.

v Erſut⁹.n. ſerpens calcanea nr̃a ſemper obſeruat. ideſt inſidiatꝰ exitui nr̃o. ⁊ vſqꝫ in finẽ vite nr̃e nos ſupplãtare conatur. Et idcirco bene cepiſſe nihil p̄derit. nec pleno feruore renunciatiõis arripuiſſe principia. ſi h̄ congru⁹ ẽt finis ſimil'r non cõmẽdauerit atqꝫ cõcluſerit. chriſtiqꝫ hũilitas atꝙ pauptas quã nũc corã ipſo p̄feſſus es vſqꝫ ad extremũ vite quemadmodũ arrepta eſt a te nõ fuerit cuſtodita. Quõ vt poſſis iplere. tu ei⁹ capita. ideſt cogitationũ principia ſemper obſerua. ad ſeniorẽ ſcilicet mox ea d̄ferens. Ita eni diſces pernicioſa ei⁹ initia cõterere. ſi nihil ex eis ſeniori tuo erubueris reuelare.

¶ De renũciantꝭ p̄paratione aduerſũ tẽptationes ⁊ de paucis imitandis. Cap. xxxviij.

q Vapropter ſecundũ ſcripture ſententiam egreſſus ad ſeruiendũ domino. ſta ĩ timore dei. ⁊ prepara animã tuã non ad requieꝫ. non ad ſecuritateꝫ. non ad delitias. ſꝫ ad tẽptationes ⁊ anguſtias. Per multas eni tribulationes oportet nos introire ĩ regnũ dei. Anguſta nãqꝫ ẽ porta ⁊ arta via q̄ ducit ad vitã. ⁊ pauci ſunt q̄ inueniunt eã. Conſidera ergo te de paucis ⁊ electꝭ effectũ. ⁊ ne exẽplo ac tepore multitudinis refrigeſcas. ſed viue vt pauci. vt cũ paucis inueniri merearis in regno dei. Multi eni ſunt vocati. pauci vero electi. ⁊ puſill⁹ eſt grex. cui cõplacuit patri hereditatẽ dare. Itaqꝫ non leue noueris eſſe peccatũ. perfectionẽ profeſſuꝫ quempiam ea que ſunt imperfecta ſectari. Ad quem perfectionis ſtatũ his gradib⁹ atqꝫ hoc ordine peruenitꝰ

¶ Quo ordine quis ad perfectionẽ valeat peruenire. per quã de timore dei ad charitatẽ cõſequenter aſcendat. cap. xxxix.

p Rincipiũ nr̃e ſalutꝭ eiuſdẽqꝫ cuſtodia. ſicut dixi timor domini eſt. Per hũc eni ⁊ initiũ cõuerſionis ⁊ vicioꝝ purgatio ⁊ virtutũ cuſtodia. his q̄ ibuuntꝰ ad viã p̄fectiõis acqritꝰ. Qui cũ penetrauerit hoĩs mentẽ cõtẽptũ ei reꝝ oim parit. obliuioneꝫ parentum. mundiqꝫ

2009 Ministerio de Cultura

ipſi⁹ gignit. horrorē. Contēptu aūt ac priuatione
facultatuꝫ oim. hūilitas vꝫ acqritur. Humilitas
vero his indicijs ꝯprobat̄. Primo ſi mortificatas
in ſeſe habeat oēs voluntates. Secūdo ſi nō ſolū
actuū ſuoꝝ verūetiā cogitationū nihil ſuū celaue
rit ſeniorē. Tertio ſi nihil ſue diſcretioni ſed iudi
cio eius vniuerſa cōmittat. ac monita ei⁹ ſitiēs ac
libenter auſcultet. Quarto ſi in oib⁹ ſeruet obedi
entiā. manſuetudinē. ⁊ pacientie cōſtantiā. Quin
to ſi non ſolū iniuriaꝫ inferat nulli. ſed ne ab alio
quideꝫ ſibimet irrogataꝫ doleat atqꝫ triſtet̄. Sex
to ſi nihil agat nihil p̄ſumat qđ non vel cōmunis
regula vel maiorū cohortant̄ exēpla. Septimo ſi
omni vilitate content⁹ ſit. ⁊ ſe ad omia que ſibi p̄
cipiuntur velut operarium malum iudicauerit ⁊
indignum. Octauo ſi ſemetipſum cunctis inferi
orem non ſuperficie pronunciet labiorum. ſed in
timo cordis credat affectu. Nono ſi linguam co
hibeat. vel non ſit clamoſus in voce. Decio ſi nō
ſit facilis ac promptus in riſu. Talibus nanqꝫ in
dicijs ⁊ his ſimilibus humilitas vera dinoſcitur
Que cum fuerit in veritate poſſeſſa. confeſtim te
ad charitatem que timorem non habet. gradu ex
cellentiore perducet. per quā vniuerſa que prius
non ſine pena formidinis obſeruabas. abſqꝫ vllo
labore velut naturaliter incipies cuſtodire. non
iam contemplatione ſupplicij vel timoris vllius
ſed amore ipſius boni ⁊ delectatione virtutū.

¶ Quod non debeat monachus exēpla perfecti
onis a multis expetere. ſed ab vnō vel paucis.
Capitulū. xl.

D quod vt valeas facilius ꝑuenire exē
a pla tibi ſunt imitationis ac vite perfecte
in congregatione commorāti. a paucis
immo ab vno vel a duobus non a pluribus expe
tenda. Nam preter id quod examinata vita atqꝫ
ad purum excocta reperitur in paucis. etiā iſtud
ex hoc vtilitatis accedit. ꝙ ad perfectionē propo
ſiti huius ideſt cenobialis vite diligentius quis
vnius ibuitur ac formatur exemplo.

¶ Quarū debilitatū ſimilitudinē ſuſcipere ōbe
at qui in cenobio cōmoratur.
Capitulū. xli.

Ue omnia vt poſſis cōſeq ⁊ ſub hac re
q gula ſpiritali perpetuo perdurare. tria
hec in congregatione neceſſario cuſtodi
enda ſunt tibi. vt ſcilicet ſecundū pſalmiſte ſniaꝫ
ego aūt tanqꝫ ſurdus nō audiebā ⁊ ſicut mut⁹ q
nō apit os ſuū. ⁊ fact⁹ ſuꝫ ſicut hō nō audiēs ⁊ nō
habens in ore ſuo icrepationē. tu quoqꝫ velut ſur
dus ac mut⁹ ⁊ cecus incedas. vt abſqꝫ illi⁹ ꝯtem
platione q tibi fuerit ad imitandū merito ꝑfecti
onis electus. vniuerſa q̄cunqꝫ videris min⁹ edifi
cationis habentia velut cecus nō videas. ne ani
matus coꝝ qui hec agunt auctoritate vel forma
ad id quod deterius eſt. ⁊ quod ante dānaueras.
traducaris. Si inobedientem. ſi contumacē. ſi d-
trahentē audieris. vel ſecus ꝙ tibi traditū eſt ali
quid admittentem. non offendaris. nec ad imitā
duꝫ eum tali ſubuertaris exemplo. ſed vt ſurdus
qui hec penitus nec audieris vniuerſa tranſmit
tas. Si tibi vel cuiqꝫ conuicia. ſi irrogantur iniu
rie. eſto imobilis. ⁊ ad reſponſionem talionis vt
mutus auſculta. ſemper hunc pſalmiſte verſiculū
in corde tuo decantans. Dixi cuſtodiā vias me
as vt non deliquā in ligua mea. Poſui ori meo
cuſtodiam. cum conſiſteret peccator aduerſū me
obmutui ⁊ humiliatus ſū ⁊ ſilui a bonis. Uerū
⁊ quartum hoc pre omibus excole quod hec que
ſupra diximus tria ornet atqꝫ cōmendet. ideſt vt
ſtultum te ſecundū apoſtoli ſententiam facias in
hoc mundo vt ſis ſapiens. nihil ſcilicet diſcernēs
nihil diiudicans ex his que tibi fuerint imperata
ſed cum omni ſimplicitate ac fide obedientiā ſem
per exhibeas. illud tantūmodo ſanctū. illud vti
le. illud ſapiens eſſe iudicans. quicqd tibi vel lex
dei. vel ſenioris examen indixerit. Tali eni iſtitu
tione fundatus. ſub hac diſciplina poteriſ durare
perpetuo. ⁊ de cenobio nullis tēptationib⁹ inimi
ci. nullis factionib⁹ deuolueris.

¶ Quod bonum patientie ſue nōn debeat mo
nachus de alioꝝ ſperare virtute. ſed de ſua lōga
nimitate. Cap. xlij.

Rgo patientiam tuā non debes de alio
e rū ſperare virtute. id ē vt tunc eā tantū
modo poſſideas cū a nemine fueris irri
tatus quod vt poſſit non euenire. tue non ſubia
cet poteſtati. ſed poti⁹ de humilitate tua ⁊ longa
nimitate. que in tuo pendet arbitrio.

¶ Recapitulatio expoſitionis per quam mona
chus ad perfectionē poſſit aſcendere.
Capitulū. xliij.

T vt hec omnia que latiori ſermone di
e geſta ſunt cordi tuo facilius inculcentur
ac tenaciſſime tuis ſenſibus valeant in
herere. quoddā ex his breuiariū colligā. ꝑ qđ poſ
ſis breuitate ⁊ cōpendio mādatoꝝ memorit̄ vni
uerſa ꝯplecti. Audi ergo pauciſ ordinē ꝑ quē aſcē
dere ad ꝑfectōeꝫ ſūmā ſine vllo labore ac difficul
tate valeas. Pricipiū nr̄e ſalutꝭ ſapientieqꝫ ſecū
dū ſcripturas tior dn̄i ē. De tiore dn̄i naſcit̄ ꝯpū
ctio ſalutarꝭ. De ꝯpūctōe cordis ꝓcedit abrenū
ciatio. i. nuditaſ ⁊ ꝯtēpt⁹ oiuꝫ facultatū. De nudi
tate hūilitas ꝓcreat̄. De humilitate mortificatio
voluntatū generat̄. Mortificatione volūtatū ex
tirpat̄ atqꝫ marceſcunt vniuerſa vicia. Expulſio
ne vitioruꝫ virtutes fructificant atqꝫ ſuccreſcunt.
Pullulatione virtutū puritas cordis acqritur.
Puritate cordꝭ aplice charitatꝭ ꝑfectio poſſidet̄

¶ Explicit de iſtitutꝭ renūciātiū liber quart⁹

2009 Ministerio de Cultura

Incipit liber qntꝰ de ſpiritu caſtrimargie. Tranſitus de inſtitutis cenobiorum ad collutationeꝫ octo principaliũ vicioꝝ. Cap. i.

Uintus nobis iuuante deo liber iſte ꝓcudit. Nam poſt quatuor libellos q̄ ſuper inſtitutis monachoruꝫ digeſti ſunt. nunc arripere colluctationẽ aduerſus octo principalia vicia veſtris oratiõibꝰ domino confortante diſpõimus. ideſt primũ caſtrimargie que interpretatur gule concupiſcentia. ſecundũ fornicationis. tertium philargyrie quod intelligit auaricia vel vt ꝓprꝰ exprimat amor pecunie. quartũ ire. quintum triſticie. ſextũ accidie quod eſt anxietas ſiue tedium cordis. ſeptimũ cenodoxie. quod ſonat vana ſeu inanis gloria. octauũ ſuperbie. Quẽ ieuntes agonem tuis precibus o beatiſſime papa caſtor nũc impenſiꝰ indigemꝰ. vt primuꝫ naturas eoruꝫ taꝫ minutas taꝫ occultas tanq̄ obſcuras inueſtigare condigne. deinde cauſas eorundeꝫ ſufficienter exponere. tertio vt idoneas curationes eoruꝫ ac remedia poſſimus inferre.

Quod cauſe vicioruꝫ ſicut in omnibus imorantur ita ab omnibus ignorantur. ⁊ quia ad manifeſtandas eas domini egeamus auxilio.

Capitulũ. ij.

Uarum paſſionũ cauſe quemadmodũ patefacte fuerint traditionibus ſenioꝝ ab omnibus protinus agnoſcuntur. ita priuſq̄ reuelentur cũ ab ipſis vniuerſi vaſtemur ⁊ in cunctis hominibus immorentur ab omnibꝰ ignorantur. Uerum eas ita nos aliquatenus explicare poſſe confidimus. ſi interceſſionibus vr̃is ad nos quoq̄ ille qui per yſaiam prolatus eſt ſermo domini dirigatur. ego ante te ibo ⁊ potentes terre humiliabo. portas ereas confringam ⁊ vectes ferreos conteram. ⁊ aperiam tibi theſauros abſconditos ⁊ archana ſecretorum. vt nos quoq̄ verbum dei precedens. primũ terre noſtre potentes humiliet ideſt has eaſdeꝫ quas expugnare cupimus noxias paſſiones. dominationẽꝫ ſibi ac tyrãnidem ſeuiſſimam in noſtro mortali corpore vendicantes. eaſq̄ faciat indagini noſtre atqꝫ expoſitioni ſuccũbere. ⁊ ita noſtre ignorationis portas effringens. ac viciorum vectes excludentium nos a vera ſcientia conterens. ad ſecretorũ noſtrorum nos archana perducat. ac ſecundum apoſtolum illuminatis nobis reuelet ea que ſunt abſcondita tenebrarum ⁊ manifeſtet conſilia cordium. vt ſic ad terras viciorum tenebras puriſſimis oculis anime penetrantes. patefacere eas ac producere poſſimus ad lucem. earũq̄ cauſas atqꝫ naturas his vel qui caruerunt eis vel adhuc obligati ſunt pandere valeamus: ⁊ ita ſecundum prophetam tranſeuntes per ignem viciorum diriſſime noſtras exurentium mentes. confeſtiꝫ per aquas quoq̄ virtutũ extinguentiũ ſcilicet ea trãſire poſſimus illeſi. ac ſpiritalibus remediis irrigati ad refrigeriũ ꝑfectiõis puritate cordis mereamur educi.

Quod prima nobis colluctatio ſit aduerſus ſpũꝫ caſtrimargie. i. ꝯcupiſcẽtiã gule. Cap. iij.

Tacq̄ primũ nobis ineunduꝫ certamẽ eſt aduerſus caſtrimargiã quã diximus gule eſſe concupiſcentiaꝫ. Et in primis de modo ieiunioꝝ ⁊ eſcarũ qualitate dicturi. rurſus ad egyptioꝝ traditiones ac ſtatuta recurremus. quibus ſublimiorem continentie diſciplinã ⁊ ꝑfectã diſcretõis ineſſe rationẽ nullus ignorat.

Teſtimoniũ abbatꝭ ãtonij quo docet vnãquãq̄ vtutẽ ab illo q̄ eã peculiarꝰ poſſidet expetẽdã. Capitulũ. iiij.

Etus nanq̄ eſt beati Antonij admirabiliſq̄ ſententia. monachum qui poſt cenobiale propoſituꝫ faſtigia nititur ſublimioris perfectionis attingere. ⁊ apprehenſo diſcretionis examine. proprio iam potens eſt ſtare iudicio. atq̄ ad arcem anachoreſeos peruenire. minime debere ab vno q̄uis ſummo vniuerſa genera virtutum expetere. Alius enim ſcientie floribus exornatur. alter diſcretionis ratione robuſtius cõmunitur. alter patientie grauitate fundat alius humilitatis: alius continentie virtute prefertur: alius ſimplicitatis gratia decoratur. Hic magnanimitatis: ille miſericordie: iſte vigiliaruꝫ hic taciturnitatis: ille laboris ſtudio ſuperemiet ceteris. Et idcirco monachuꝫ ſpiritalia mella cõdere cupientem. velut apem prudentiſſimam debere vnamquanq̄ virtutem ab his qui eam familiarius poſſidẽt deflorare. ⁊ i ſui pectoris vaſe diligenter recondere: ne quid minus aliquid habeat diſcutere. ſed hoc tantum quid virtutis habeat cõtẽplari ſtudioſeq̄ decerpere. Cunctas nãq̄ ſi ab vno volumꝰ mutuari: aut difficile aut certe nunq̄ idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri. Quia licet necdũ chriſtuꝫ omnia factũ ſecundũ apoſtolũ videamꝰ in oĩbus: tñ hoc modo poſſumꝰ euꝫ. i. ꝑ partes in oĩbus inuenire. De ipſo. n. dicit qui factus eſt nobis ex deo ſapiẽtia: iuſtitia: ſanctitas ⁊ redẽptio. Dũ ergo in alio ſapiẽtia: i alio iuſtitia: i alio ſcitas: in alio mãſuetudo: i alio caſtitas: in alio hũilitas: in alio patiẽtia repit: mẽbrati chriſtus ꝑ vnunquẽq̄ nunc ſanctorũ diuiſus ẽ: Cõcurrentibꝰ vero vniuerſis i vnitatẽ fidei ac virtutꝭ. reddit in virũ ꝑfectũ: plenitudinẽ ſui corporis in ſinguloꝝ mẽbroꝝ cõpage ac ꝓprietate ꝑficiẽs. Donec ergo veniat illd tẽpus quo ſit deꝰ oĩa i oĩbꝰ. in pñti poteſt hoc quo diximus mõ. i. ꝑ ptes virtutũ ẽẽ in oĩbꝰ deꝰ: licet nũdũ ꝑ plenitudinẽ earuꝫ oĩa ſit in oĩbꝰ. Quia licet vnus religiõis nr̃e ſit finis: ꝓfeſſiones tñ diuerſe quibꝰ ad deũ tendimꝰ: ſicut in collationibꝰ ſenio-

2009 Ministerio de Cultura

ruʒ plenius diſputandū eſt. Ideoq₃ diſcretiõis ⁊ cõ
tinentie forma ab his eſt nobis peculiari expeten
da.a quib⁹ virtutes has p̄ gratiaʒ ſpūſſancti vbe
rius videmus effluere:nō quod vllus que in mul
tos diuiſa ſūt ſolus poſſit acquirere.ſʒ vt i his bo
nis quoꝝ capaces eſſe poſſumus ad eorum nos
imitationē q̄ ea peculiarius obtinuere tendam⁹.

¶ Quod nō poſſit ab oīb⁹ vniformis ieiunioꝝ
regula cuſtodiri. Cap.v.

Taq₃ ſuper ieiunioruʒ modo haud po
i teſt facile vniformis regula cuſtodiri:
quia nec robur vnuʒ cunctis corporib⁹
ineſt:nec ſicut cetere virtutes animi ſolius rigore
patrantur. Et idcirco quia non in ſola fortitudi
ne mentis animeq₃ conſiſtunt.cū corporis.n.poſ
ſibilitate participant.taleʒ ſuper his diffinicionē
traditam nobis accepimus.diuerſum eſſe refecti
onis quidem tempus ac modum ⁊ qualitatē.pro
impari ſcilicet corporum ſtatu vel etate ac ſexu.
vnam tamen eſſe omnibus pro mentis continen
tia ⁊ animi virtute caſtigationis regulam. Neq₃
enim cunctis poſſibile eſt hebdomadibus protē
lare ieiunia:ſed ne triduana quidem vel biduana
inedia refectioneʒ cibi differre. A multis quippe
egritudine ⁊ maxime ſenio iaʒ defeſſis:ne vſq₃ ad
occaſum quidem ſolis ieiunium ſine afflictiõe to
leratur. Non omnibus infuſoruʒ leguminū eſus
conuenit eneruatus:nec cunctis purorum olerū
habilis eſt parſimonia:nec vniuerſis ſicci panis
refectio caſtigata conceditur. Alius quantitate li
brarum duarum ſaturitatē non ſentit:alius libre
vnius ſiue vnciaruʒ ſex edulio pregrauatur:atta
men vnus in omnibus his continētie finis eſt.ne
qs iuxta mēſuraʒ capacitatis ſue ſaturitatis one
retur ingluuie. Nō eniʒ qualitas ſola ſed ēt quā
titas eſcarū.acieʒ cordis obtundit.ac mente cum
carne pariter ipinguata noxiū vicioruʒ fomitem
igneumq₃ ſuccendit.

¶ Qd nō ſolo vino mēs inebrieť.
Capitulū. vi.

Uibuſlibet eſcis refect⁹ venter ſemina
q ria luxurie parit:nec p̄ualet mēs diſcre
tionū gubernacula moderari.ciboruʒ
pondere.p̄ſocata. Nō.n.ſola crapula vini mētē
inebriare ɔſueuit:verūetiā cunctaꝝ eſcaꝝ nimie
tas vacillātē eā ac nutabūdā reddit.oīq₃ integrita
tis ac puritatis ɔtēplatõe diſpoliat. Sodomitis
cauſa ſubuerſiõis atq₃ luxurie.nō vini crapula.ſʒ
ſaturitas extitit panis. Audi dn̄m p̄ p̄phetā hie
ruſalē icrepātē. Quid.n.peccauit ſoror tua ſodo
ma:niſi q2 panē ſuū i ſaturitate ⁊ abūdātia come
debat. Et q2 p ſaturitatē pāis iextiguibili carnis
fuerāt ardore ſucceſi:iudicio dei celit⁹ ſūt igne ſul
phureo cõcremari. Qd ſi illos ſola nimietas pa
nis ad tā p̄ruptū flagicioꝝ pcipitiū vicio ſatieta
tis ipegit:qd cēſendū ē de his q vegetato corpo
re pceptõeʒ carniū ac vini imoderata vbertate p̄
ſumūt.nō quātū expetit ibecilitas.ſed quātū ani
mi libido ſuggerit vſurpantes.

¶ Qua rõne infirmitas carnis puritatē cordis
nequeat īpedire. Cap.vij.

Nfirmitas carnis ad puritatē cordis ñ
i officit:ſi hec tātūmodo q̄ fragilitas car
nis nō que voluptas exigit vſurpentur.
Facili⁹ vidim⁹ viros q ab eſcis corpulentiorib⁹
oīmodis tēperarent.q̄ʒ moderate vſos pro neceſ
ſitate conceſſis:⁊ qui totū ſibi pro cõtinētie amo
re denegarent.q̄ qui eas ſub infirmitatis occaſio
ne ſumētes menſurā ſufficientie cuſtodirent. Ha
bet ēt corporis ibecilitas cõtinētie ſue palmā.dū
mō eſcis defectiõi carnis idulti adhuc indigentē
ſe refectiõe defraudet.tm̄q₃ eſus idulgeat quātū
ſufficere ad viuēdi vſuʒ tēpantie diſcretio rigida
iudicauerit.nō quātū deſiderij appetit⁹ expoſcit.
Eſculētiores cibi vt p̄curāt corporis ſanitatem
ita caſtitati nō adimūt puritatē:ſi cū moderatiõe
ſumanť. Quicquid eniʒ fortitudinis cauſa eſu eo
rum percipitur:egritudinis labore ac defectione
conſumitur. Quamobreʒ vt nulli ſtatui virt⁹ par
ſimonie adimitur:ita ne integritati qdē conſūma
tio denegatur.

¶ Quo pfecte cõtinētie fine eſca ſumēda ſit.
Capitulū. viij.

Eriſſima ē itaq₃ patrū p̄batiſſimaq₃ ſē
v tētia.ieiuniorum ⁊ ɔtinētie modum in
menſura parcitatis tantum ⁊ caſtigati
one conſiſtere ⁊ hunc eſſe perfecte virtutis ī com
mune omnibus finē.vt ab eſcis quas ſumere ſu
ſtētādi corporis neceſſitate cõpellimur.adhuc in
appetitu eaꝝ poſiti tēpem⁹. Quāuis.n.qs corpo
re ſit iſirm⁹:pfectā virtutē quā robuſt⁹ ac ſan⁹ i oī
bus poſſidebit:ſi deſideria q̄ fragilitas carnis nō
exigit.mētis rigore caſtiget. Apoſtolus nāq₃ ait.
Et carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Nō
ergo curā eius oīmodis interdixit:ſed vt in deſi
derijs fieret.denegauit. Uoluptuoſaʒ ademit di
ligentiam carnis:gubernationem vite neceſſariā
non excluſit:illud ne indulgentia carnis ad deſi
deriorum occupatões noxias deuoluamur: hoc
vero ne corruptum noſtro vicio corp⁹ ſpiritales
ac neceſſarias functiones iplere nō poſſit.

¶ De menſura caſtigationuʒ aſſumendaruʒ re
mediiq₃ ieiunij. Cap.ix.

Umma igitur continentie nō ſola tem
s poris ratione nec eſcarum qualitate tā
tummodo.ſed ante omnia conſcientie
iudicio colligenda eſt. Tantum enim debet vnuſ
quiſq₃ ſibi frugalitatis indicere.quantum corpo
ree obluctationis pugna depoſcit. Utilis quidē
⁊ omnimodis obſeruanda eſt canonica ieiunioꝝ
cuſtodia:ſʒ niſi hanc frugi temperāter.fuerit cibo
rū refectio ſubſecuta.ad itegritati calcem nō pote
rit peruenire. Longoruʒ nanq₃ ieiuniorum ine
dia ſaturitate corporis ſubſequente. laſſitudineʒ

2009 Ministerio de Cultura

potius temporaleꝫ ꝙ puritateꝫ caſtitatis acqui-
rit. Integritas mētis ventris coheret inedie. Nō
habꝫ ꝑpetuaꝫ caſtimonie puritateꝫ. quiſqs nō iu-
gē temperantie equalitatem tenere cōtentus eſt.
Quāuis .n. diſtricta ſint ieiunia. ſuccedēte tū ſuꝑ
flua remiſſione vacuantur. ⁊ i caſtrimargie viciuꝫ
protinus collabuntur. Melior eſt rationabilis
cū moderatione quotidiana refectio. ꝙ ꝑ iterual-
la arduum longumqꝫ ieiuniū. Nouit imoderata
inedia nō modo mentis labefactare cōſtantiam:
ſed etiam orationuꝫ efficaciaꝫ reddere laſſitudi-
ne corporis eneruatam.

¶ Ad cōſeruandā mētis ⁊ corporis puritatē ab
ſtinētiā ciboꝝ nō poſſe ſufficere. Cap. x.

a D integritatem mentis ⁊ corporis cō
ſeruandam. abſtinentia ciboruꝫ ſola nō
ſufficit: niſi fuerit cetere quoqꝫ virtutes
anime coniugate. Humilitas igitur primitꝰ obe-
dientie virtute. ⁊ cordis ꝯtritione. corporiſqꝫ fati
gatione diſcenda eſt. Pecuniarum nō ſoluꝫ vitā
da eſt poſſeſſio: ſed etiam deſiderium earū radici
tus extirpandum. non enim eas ſufficit nō habe
re: quod plerūqꝫ ſolet etiaꝫ ex neceſſitate deſcēde
re: ſed ne ipſam quideꝫ ſi forte oblate fuerint ha-
bendi recipere voluntatem. Ire conterēdus eſt
furor: triſticie ſuꝑanda deiectio: cenodoxia ideſt
vana gloria cōtemnēda. Superbie calcandus eſt
faſtus: mētis quoqꝫ ipſius iſtabiles vagiqꝫ diſcur
ſus aſſidua dei memoria refrenandi. Totieſqꝫ no
bis eſt ad contemplationeꝫ dei lubrica cordis no
ſtri peruagatio reducenda: quotiens ſubtilis ho
ſtis ab hoc intuitu mentem captiuare pertēptās.
receſſibus noſtri cordis irrepſerit.

¶ Concupiſcentias cordis nō extingui niſi cuꝫ
omni extirpatione viciorum. Ca. xi.

i Mpoſſibile nanqꝫ eſt extigui ignita cor
poris incentiua. priuſqꝫ ceterorū quoqꝫ
principaliuꝫ vicioruꝫ fomites radicitus
excidantur: de quibus ſingillatī diſtictis libellis
ſuo loco donante domino diſeremus. Nūc vero
propoſitum nobis eſt de caſtrimargia. ideſt gule
concupiſcentia. cōtra quam nobis primus cōfli-
ctus eſt diſputare. Nunqꝫ igitur poterit ardētis
concupiſcentie ſtimulos inhibere. quiſqs deſide-
ria gule refrenare nequiuerit. Interioris hoīs ca
ſtitas. virtutis huius conſūmatione diſcernitur.
nunqꝫ eni robuſtioribꝰ emulꝰ colluctari poſſe cō-
fidas. eum quem in leuiore conflictu conſpexeris
ab infirmioribus paruiſqꝫ ſuperari. Cunctarum
nanqꝫ virtutum vna natura eſt. licet in multas di
uidi ſpecies ⁊ vocabula videatur. ſicut auri quo-
qꝫ vna ſubſtantia eſt. licet per multa variaqꝫ mo
nilium genera pro artificum videatur ingenio ac
voluntate diſtincta. Itaqꝫ nullā ꝑfecte poſſidere.
probabitur. quiſqꝫ eliſus in earuꝫ parte dinoſci
tur. Quo eni modo flagrantes eſtus concupiſcē-
tie. qui non ſola inſtigatione corporis: ſed etiam
mētis vicio ſuccēdūtur extinxiſſe credendus eſt.
qui aculeos ire cordis ſolius itemperantia ꝓrū-
pentes mitigare nō potuit. Aut quonā modo pu-
tandus eſt carnis aieqꝫ laſciuientes ſtimulos re-
tūdiſſe. qui ſuperbie viciuꝫ ſimplex nō quiuit de-
uincere. Aut quēadmodū credendus eſt inſertaꝫ
carni luxuriaꝫ cōculcaſſe. qui pecuniarū cōcupiaꝫ
foriſecus ſitaꝫ atqꝫ a noſtra ſubſtantia alienaꝫ nō
valuit abdicare. Qua aūt ratione belluꝫ carnis
⁊ anime triūphabit. qui idoneus nō fuit morbuꝫ
curare triſticie. Quātalibet vrbs ſublimitate mu
rorū ⁊ clauſarū portaruꝫ firmitate muniatur. po-
ſterule vnius ꝙuis paruiſſime proditione vaſta-
bitur. Quid eni differt vtrū ꝑ excelſa menia ⁊ am
pla portaruꝫ ſpacia. an ꝑ anguſti cuniculi latibu-
la ꝑnicioſus hoſtis penetrabilibꝰ ciuitatꝫ irrepat.

¶ De agone carnali ⁊ ſpiritalis agōis imitatio-
nem eſſe ſumendam.

Capitulum. xij.

q Ui in agone cōtendit. non coronabitur
niſi legitie certauerit. Qui naturales
appetitus carnis optat extinguere: ex-
tra naturaꝫ vicia collocata primitus ſuperare fe-
ſtinet. Si eniꝫ aplice ſententie viꝫ volumus expe-
riri. que ſint agonis mūdani leges ac diſciplina ꝑ
mitus debemus agnoſcere: vt ita demuꝫ harū cō
paratione ſcire poſſimus quid nos i ſpiritali ago
ne certantes beatus aplꝰs hoc exemplo voluerit
edocere. In illis enim certaminibus q̄ ſm eundē
aplm corruptibileꝫ coronaꝫ vincentibus parant.
mos iſte ſuatur: vt is qui ſe ad glorioſaꝫ coronaꝫ
⁊ imunitatis priuilegio decorataꝫ preparare con
tendit. ⁊ perfecta cupit agonis ſubire certamina.
prius in olympiacis ac pithijs certaminibus ido
lem ſue iuuentutis ac rudimentorum robur oſtē-
tet. In his ſiquidem iuniores qui has diſciplias
cupiunt profiteri. vtrum mereant vel debeant ad
eas admitti. tā eius qui iſtis certaminibus preſi-
det. ꝙ totius populi iudicio cōprobātur. Cunqꝫ
diligenter examinatus quis primū repertus fue-
rit nulla vite reſperſus infamia: deinde nō ſeruitu
tis iugo ignobilis. ⁊ ob hoc idignus diſciplia hac
vel congreſſu eorum qui hanc profitentur fuerit
iudicatus: tertio ſi artis: ſi fortitudinis digna pre
ferat documenta: ⁊ iunioribus coeuiſqꝫ decertās
periciaꝫ pariter ac virtutem ſue demonſtrauerit
iuuentutis. ac proficiens de ephebotum luctami
ne. perfectis iaꝫ viris ⁊ experientia longa proba-
tis cōgredi permiſſus fuerit preſidentis examie:
ſeqꝫ non ſoluꝫ pareꝫ virtutis eorum aſſidua col-
luctatione probauerit. verūetiaꝫ frequenter inter
hos quoqꝫ victorie palmam fuerit conſecutus. tū
demuꝫ ad agonis preclara certamina merebitur
peruenire: in quibus non niſi victoribus tantuꝫ:
⁊ his q multarū coronarum ſtipendijs decorati
ſunt facultas conceditur decertandi. Si intellixi
mus carnalis agonis exemplū. ſpiritalis quoqꝫ

2009 Ministerio de Cultura

certaminis que diſciplina vel ordo ſit. cõparatio ne huius debemus agnoſcere.

¶ Nõ niſi gule fuerimus vicio liberati nequaq̃ poſſimus ad pugnas interioris hominis peruenire. Ca. xiij.

Oportet nos quoq̃ primũ libertatẽ noſtrã carnis ſubiectione mõſtrare. A quo enim quis vincitur. eius et ſeruus addicitur. Et omnis qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Cumq̃ nos nulla concupiſcentie turpis reſperſos infamia examen certamini preſidentis inuenerit: nec fuerimus ab eo vt ſerui carnis et ignobiles indigniq̃ olympiacis viciorũ colluctationibus iudicati. tunc poterimus cõtra coequos noſtros id eſt concupiſcentiã carnis et motus ac perturbationes anime inire certamen. Impoſſibile nanq̃ eſt ſaturũ ventrẽ pugnas interioris hominis experiri: nec bellis robuſtioribus attẽptari dignũ eſt cũ qui poteſt deijci leuiore conflictu.

¶ Quomodo poſſit gule cõcupiſcẽtia ſuperari. Capitulum. xiiij.

Prima enim nobis calcanda eſt gule concupiſcentia. et eo vſq̃ extenuanda mens non ſolũ ieiunijs verũetiam vigilijs. lectione quoq̃ et crebra cõpunctione cordis in quibus ſe forſitan vel illuſã vel victã reminiſcitur: ingemiſcens nunc horrore viciorũ: nunc deſiderio perfectionis et integritatis accenſa. donec eiuſmodi curis ac meditationibus occupata pariter ac poſſeſſa. ipſius cibi refectionẽ nõ tam iocunditati cõceſſã q̃ oneris vice ſibi impoſitã recognoſcat. magiſq̃ eã neceſſariã corpori q̃ deſiderabilẽ anime ſentiat attributã. Quo ſtudio mẽtis et iugi compunctione detenti. laſciuiam carnis que fotu eſcarũ vehementius inſoleſcit. et aculeos eiꝰ noxios retundemus: atq̃ ita fornacẽ corporis noſtri que a rege babilonie occaſiones peccatorũ et vicia nobis iugiter ſubminiſtrante ſucceditur. quibus napte et picis vice acrius exuramur. vbertate lachrymarũ et fletu cordis poterimus extinguere: donec dei gratia ſpiritu oris ſui i cordibus noſtris inſibilante eſtus carnalis concupiſcentie penitus valeant conſopiri. Hec eſt igitur nobis prima contentio. hec noſtra velut in olympiacis certaminibus prima probatio: gule ventriſq̃ concupiſcentiã deſiderio perfectionis extinguere. Ob quod ciborũ non ſolũ ſuperfluus appetitus virtutũ contemplatione calcandus: ſed etiã ipſi nature neceſſarius tanq̃ caſtitati contrarius. non ſine cordis anxietate ſumendus eſt. Et ita demũ vite noſtre inſtituendus eſt curſus: vt nullũ magis ſit tempus quo ſentiamus nos a ſpiritalibus ſtudijs reuocari. q̃ quo deſcendere ad neceſſariã corporis curã eius fragilitate compelimur. Cũq̃ ad hanc neceſſitatẽ ſũmittimur. vſui potiꝰ vite q̃ mentis deſiderio famulãtes quãtotius ab ea velut a ſalutaribus nos ſtudijs retrahente ſubtrahi feſtinemus. Nequaq̃ enim poterimus eſcarũ preſentiũ ſpernere voluptates: niſi mens cõtẽplationi diuine defixa amore virtutum potius et pulchritudine celeſtium delectet. Et ita quis velut caduca deſpiciet vniuerſa preſentia: cum ad ea q̃ imobilia ſunt et eterna. inſeparabiliter defixerit mentis obtutum. adhuc i carne poſitus future cõmorationis beatitudinem iam corde cõtemplãs.

¶ Quomodo ad cuſtodiendam cordis ſui puritatẽ monachus ſemper debet eſſe intentus. Ca. xv.

Velut ſiquis imania virtutũ premia in ſublimi quibuſdã paruis indicijs deſignata. perſpicaciſſimis oculorũ obtutibus cũ teli directione tendẽtibus ferire feſtinet: ſciẽs imenſã glorie palmã et remuneratiõis premia i eorũ confixione cõſiſtere. oculorũ aciẽ ab omni intuitu auertẽs. illuc dirigat neceſſe eſt. vbi ſũmã remunerationis et premij perſpicit collocatã: amiſſurus proculdubio peritie palmam et remunerationẽ virtutis. ſi quãtulũcũq̃ contẽplationis eius acies deuiauerit.

¶ Nõ monachus ſcõm olympiaci certaminis morẽ nõ poſſit ſpiritales cõſicere pugnas. niſi obtinuerit bella carnalia. Ca. xvi.

Itaq̃ ventris et gule concupiã hoc intuitu ſupata. nec ſui carnis. nec iſames viciorũ nota pronunciati. velut i olympiacis diſciplinis iudicabimur ſuperiorũ quoq̃ certaminũ digni eſſe cõflictu. premiſſiſq̃ huiuſcemodi documẽtis. ſpiritalibus quoq̃ nequitijs cõgredi poſſe credemur: que nõ niſi victoribus tantũ et his qui merẽtur in ſpiritali agone contendere cõcertare dignantur. Illud enim eſt cunctorũ luctaminũ velut quoddã ſolidiſſimum fundamentũ: vt primitus carnalium deſideriorum incentiua perimãtur. Nam nullus carne propria nõ deuicta legitime decertare poterit. Et qui legitime nõ decertat: ſine dubio nec in agone confligere. nec corone gloriã victorie gratia poterit promereri. Nõ ſi hoc fuerimus vicio ſuperati. velut ſerui carnalis concupiſcentie comprobati. et per hoc nec libertatis nec roboris inſignia preferentes. a ſpiritaliũ congreſſionũ conflictu. vt indigni ſui nõ ſine cõfuſionis nota primus repellemur. Omis enim qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. Diceturq̃ nobis per beatũ aplm cũ his inter quos fornicatio nominat. Tẽptatio vos nõ apprehẽdit. niſi humana. Nõ enim merebimur mẽtis robore cõquiſito grauiores pugnas nequitiarũ celeſtiũ experiri: qui carnẽ fragilẽ reſiſtentẽ ſpũi noſtro ſubiugare nequiuimus. Nõ apoſtoli teſtimoniũ nõ itelligẽtes qdã poſuerũt ꝑ idicatiuo optatiuũ modũ. i. temptatio vos nõ apprehendat: niſi hũana. Quod ab ipſo magis dici manifeſtũ eſt non optantis ſed pronunciantis vel exprobrantis affectu.

¶ Nõ fundamentũ ac baſis ſpiritalis agonis

2009 Ministerio de Cultura

in caſtrimargie ſit certamine collocata.
Capitulum. xvij.
Is audire veruꝫ athletam chriſti legiti
v mo agonis iure certãteꝫ. Ego igitur in
quit ſic curro. non quaſi in incertum. ſic
pugno non quaſi aereꝫ verberans. ſed caſtigo cor
pus meuꝫ ⁊ ſeruituti ſubijcio ne alijs predicans
ipſe reprobus efficiar. Uides vt i ſemetipſo ideſt
in carne ſua collactationum ſũmaꝫ velut in baſe
quadam firmiſſima ſtatuerat. ⁊ prouentũ pugne
in ſola caſtigatione carnis ⁊ in ſubiectione ſui cor
poris collocarat. Ego itaqꝫ ſic curro non quaſi i
incertuꝫ. Non currit in incertuꝫ. qui celeſtem hie
ruſaleꝫ conſpiciens defixum habet quo ſibi cor
dis ſui indeflexibilis ſit dirigẽda pernicitas. Nõ
currit in incertum qui obliuiſcens poſteriora. ad
ea que priora ſunt extendit ſe. ad deſtinatuꝫ perſe
quens brauium ſuperne vocationis dei in chriſto
ieſu. quo ſẽper dirigens ſue mentis obtutuꝫ ⁊ ad
euꝫ omni cordis preparatione feſtinans cum fidu
cia ꝓclamat. Bonũ certamẽ certaui. curſuꝫ ꝯſu
maui fidẽ ſeruari. Et quia ſe nouerat poſt odorẽ
vnguentorum chriſti prepeti conſcientie deuotio
ne infatigabiliter cucurriſſe. ⁊ ſpiritalis agõis cer
tamen carnis caſtigatione viciſſe cum fiducia in
fert ⁊ dicit. De cetero repoſita eſt mihi corona iu
ſticie. quaꝫ reddet mihi dominus i illa die iuſtus
iudex. Et vt nobis quoqꝫ ſimileꝫ ſpeꝫ retributio
nis apiret. ſi in agone curſus iſtius imitari euꝫ ve
limus. adiecit. non ſolum auteꝫ mihi ſed ⁊ omni
bus qui diligunt aduentum eius. participes nos
corõe ſue i die iudicij fore pronuncians. ſi diligen
tes aduentuꝫ chriſti. non illum tantũ qui etiaꝫ no
lentibus apparebit. ſed etiam hunc qui quotidie
in ſanctis cõmeat animabus. victoriam certami
nis caſtigatione corporis acquiramus. De quo
aduentu dominus in euangelio Ego inquit ⁊ pa
ter meus veniemus ad euꝫ. ⁊ manſioneꝫ apud eũ
faciemus. Et iterum. Ecce ſto ad oſtium ⁊ pul
ſo. ſiquis audierit vocem meaꝫ ⁊ aperuerit ianuã.
introibo ad illuꝫ ⁊ cenabo cũ illo ⁊ ipſe mecũ.
¶ Per quot genera certaminuꝫ atqꝫ palmaruꝫ
beatus apoſtolus ad coronã ſublimiſſimi agonis
aſcenderit. Ca. xviij.
Ec tamen agonem curſus tantummo
n do ſe conſumaſſe deſcribit cuꝫ dicit. ſic
curro non quaſi in incertuꝫ. quod ſpecia
liter refertur ad intentioneꝫ mentis ⁊ feruorẽ ſpi
ritus ſui. quo toto chriſtuꝫ ſequebatur ardore cũ
ſponſa decantãs. poſt te in odorẽ vnguentoꝝ tuo
ruꝫ curremus. ⁊ iteruꝫ. adheſit anima mea poſt te
ſed etiaꝫ aliud colluctationis genus ſe viciſſe te
ſtatur dicens. Sic pugno non quaſi aerem verbe
rans. ſed caſtigo corpus meũ ⁊ ſeruituti ſubijcio.
Quod proprie ad continentie dolores ⁊ corpo
rale ieiuniuꝫ atqꝫ afflictioneꝫ carnis pertinet. per
hanc ſe pugilẽ quẽdam ſtrenuuꝫ ſue carnis eſſe de
ſcribens. nec in vanuꝫ aduerſus eam ictus conti
nentie exercuiſſe deſignans. ſed triũphum pugne
mortificatione ſui corporis acquiſiſſe. quo verbe
ribus continentie caſtigato. ⁊ ieiuniorũ ceſtibꝰ eli
ſo. victori ſpiritui imortalitatis coronaꝫ ⁊ in cor
ruptionis contulit palmam. Uides legitimũ col
luctationis ordinem ⁊ ſpiritaliũ certaminuꝫ cõ
templaris euentuꝫ. queadmoduꝫ athleta chriſti
adeptus de rebelatrice carne victoriaꝫ. ſubiecta il
la quodãmodo pedibꝰ ſuis. vt ſublimis triũpha
tor inuehitur. Et idcirco non currit in incertuꝫ.
quia confidebat vrbeꝫ ſanctam hieruſalẽ celeſteꝫ
ſe protinus ingreſſurum. Sic pugnat ieiunijs ſci
licet ⁊ afflictione carnali. non quaſi aerem verbe
rãs. ideſt inuanuꝫ ictus cõtinentie porrigens. per
quos non aerẽ vacuuꝫ ſed illos ſpiritus qui in eo
verſantur caſtigatõe ſui corporis vberabat. Qui
eni dicit. non quaſi aerẽ verberans oſtendit ſe ⁊
ſi non aerẽ vacuum ⁊ inaneꝫ. aliquos tamen i ae
re verberare. Et quia hec certaminuꝫ genera ſu
parat. ⁊ ditatus multarũ coronaruꝫ ſtipendijs i
cedebat. non imerito robuſtioruꝫ incipit hoſtium
ſubire luctamina. ac prioribus emulis triũpha
tis cũ fiducia proclamat ⁊ dicit. Iã non nobis ẽ
colluctatio aduerſus carneꝫ ⁊ ſanguinẽ. ſed ad
uerſus pricipatus. aduerſus ptãteſ. aduerſus mũ
di rectores tenebrarũ haruꝫ. contra ſpiritalia ne
quitie in celeſtibus.
¶ Nõ athlete chriſti donec in corpore cõmora
tur pugna non deſit. Ca. xix.
Thlete chriſti i corpore cõmorãti nũqꝫ
a deficit colluctationuꝫ palma. ſed quan
tomagis triũphoruꝫ ſucceſſibus creue
rit. tanto ei etiã colluctationum robuſtior ordo
ſuccedit. Subiugata etenim carne atqꝫ deuicta.
quante aduerſariorũ cohortes. quanta hoſtium
agmina aduerſum victoreꝫ militem chriſti triũ
phis eius inſtigata conſurgunt. ſcilicet ne pacis
ocio miles chriſti lenteſcens icipiat obliuiſci col
luctationũ ſuarũ glorioſa certamina. ac ſecurita
tis inertia diſſolutus. premioruꝫ ſtipẽdijs ac triũ
phorũ meritis defraudetur. Itaqꝫ ſi ad hos triũ
phorũ gradus cupimus creſcente virtute conſcẽ
dere. eodẽ nos quoqꝫ ordine oportet preliorum
inire certamia. ⁊ pmũ cũ apl'o dicere. Sic pugno
non quaſi aerẽ verberãs. ſed caſtigo corpus meũ
⁊ ſeruituti ſubijcio. vt hoc cõflictu ſuperato. rur
ſus cũ eo dicere poſſimus. Non eſt nobis collu
ctatio aduerſus carnẽ ⁊ ſanguinẽ. ſed aduerſus
principatus. aduerſus poteſtates. aduerſus mũ
di rectores tenebrarũ harũ. contra ſpiritalia ne
quicie in celeſtibus. Aliter eni congredi cũ illis
nullo mõ poterimꝰ. nec ſpiritales pugnas mere
bimur experiri. carnali deiecti conflictu. ⁊ collu
ctatiõe ventris eliſi. meritoqꝫ nobis ab apoſtolo
cũ exprobratione dicet. Temptatio vos nõ ap
prehẽdit niſi humana.

2009 Ministerio de Cultura

¶ Qđ non debeat monachus ſumendi cibi tempus excedere. ſi vult ad pugnas interiorum certaminum peruenire. Ca. xx.

i Gitur monachus ad pugnas interioruȝ certaminuȝ cupiens peruenire. hāc in primis cautionem ſibimet īdicat. vt non potus quicꝙ. non eſus vlla oblectatione deuictus. ante ſtationem legitimaȝ cōmunēꝙ refectionis horaȝ. extra menſā percipere ſibimet ꝓrſus indulgeat. ſed ne refectione quidem trāſacta. ex his preſumere ſibi quantuluncūꝙ permittat. ſimiliter quoꝙ canonicuȝ ſomni tempus menſuraꝙ cuſtodiat. Eodem nanꝙ ſtudio iſte ſunt mētis amputande laſciuie. quo meretricationis vicium deſecandum. Qui enim gule ſuperfluos appetitus inhibere non potuit. quomodo eſtus carnalis concupiſcentie valebit extinguere. Et qui non quiuit paſſiones in propatulo ſitas paruaſꝙ compeſcere. quemadmodū occultas. nulloꝙ hominuȝ teſte prurientes. moderatrice diſcretione poterit debellare. Et idcirco per ſingulos motus ⁊ in quolibet deſiderio robur anime comprobatur. que ſi in minimis apertiſꝙ cupiditatibus ſuperatur. quid in maximis ac fortioribus occultiſꝙ ſuſtineat. vnicuiꝙ ſua conſcientia teſtis eſt.

¶ De interiori monachi pace ⁊ abſtinentia ſpiritali. Ca. xxi.

n On enim eſt nobis aduerſarius extrinſecus formidandus. ī nobiſmetipſis hoſtis incluſus eſt. Inteſtinum nobis quotidie ingeritur bellum. deuicto eo omnia que forinſecus ſunt reddentur infirma. ac militi chriſti vniuerſa pacata erunt ⁊ ſubdita. Non habebimus aduerſarium nobis extrinſecus metuendū. ſi ea que intra nos ſunt ſpiritui deuicta ſubdātur. Nec ſolum nobis iſtud ieiunium viſibilium ciborum ad perfectionem cordis ⁊ corporis puritatē ſufficere poſſe credamꝰ niſi fuerit huic anie quoqȝ ieiunium copulatum. Habet nanꝙ ⁊ illa ſuos noxios cibos. quibus impinguata etiam ſine eſcarū abundātia ad luxurie prerupta deuoluitur. Detractio cibus eius eſt et quideȝ perſuauis. Ira ēt cibus eius eſt licet minime leuis. ad horaȝ tamen infelici eam eſu paſcens. ac pariter letali ſapore proſternens. Inuidia cibus eſt mentis. virulentis eaȝ ſucis corrumpens. ⁊ proſperitatis aliene ſucceſſibus iugiter miſeram excruciare non deſinens. Cenodoxia ideſt vana gloria cibus eius ē. qui delectabili eam eſca permulcet ad tēpus. poſt vero vacuaȝ omniꝙ virtute ſpoliatam reddet ac nudam. cunctis eam ſpiritalibus fructibus ſterilē inanemꝙ dimittens. ita vt non ſolum imanium laborum faciat merita deperire. verum etiaȝ ſupplicia maiora conquirat. Omnis concupiſcentia ⁊ peruagatio cordis inſtabilis paſtus quidaȝ eſt anime. noxijs eſcis eam nutriens. expertem vero celeſtis panis ac ſolidi cibi impoſterum derelinquens. Ab his itaꝙ quāta nobis eſt virtus ſacratiſſimo ieiunio continentes. vtileȝ habebimus cōmodāqȝ obſeruantiaȝ ieiunij corporalis. Labor nāqȝ carnalis ſpiritus contritioni coniunctus. acceptiſſimuȝ deo ſacrificiuȝ dignūqȝ ſanctitatis habitaculuȝ puris mundiſqȝ receſſibus exhibebit. Ceterum ſi corporaliter ieiunantes pernicioſiſſimis anime vicijs implicemur. nihil nobis proderit carnalis afflictio ꝑcioſiore parte polluta. per eaȝ ſcilicet ſubſtantiaȝ delinquētibus nobis qua efficimur habitaculum ſpiritusſancti. Non enim tam corruptibilis caro. ꝙ cor mundum habitaculuȝ deo tēplūqȝ ſpiritusſancti efficitur. Oportet ergo exteriore homine ieiunante. interiorē quoqȝ ſimiliter a cibis noxijs temperare. queȝ precipue exhiberi mundū deo. vt hoſpiteȝ in ſe chriſtuȝ recipere mereat. beatus apoſtolus mōet his verbis ī interiore inquiens homine habitare chriſtuȝ per fidē in cordibus veſtris.

¶ Qđ idcirco nos oporteat exercere continentiā corporaleȝ. vt per ipſaȝ perueniamus ad ſpiritale ieiuniū. cap. xxij.

n Ouerimus itaqȝ nos idcirco laborē cōtinentie corporalis īpendere. vt ad puritateȝ cordis hoc poſſimus ieiunio peruenire. Ceterū labor a nobis īpenditur in caſſū ſi hunc quideȝ contemplatione finis infatigabiliter ſuſtentemus. finē vero propter queȝ tolerauimus afflictiones tātas obtinere nequeamus. meliuſqȝ fuit interdictis eſcis anime tēperaſſe. ꝙ voluntarijs minuſqȝ noxijs corporaliter ieiunaſſe. In his eniȝ ſimplex ⁊ innoxia creature dei ꝑceptio eſt. nihil per ſemetipſaȝ habens peccati. in illa vero primitus fratruȝ pernicioſa deuoratio. de qua dicit. Noli diligere detrahere. ne eradiceris. Et de ira atqȝ inuidia beatus iob dicit. Etenim ſtultum interficit iracundia. ⁊ paruulū occidit inuidia Simulqȝ notandū. ꝙ qui iraſcitur ſtultus. ⁊ qui inuidet paruulus iudicetur. Ille nanqȝ nō imerito ſtultus iudicatur. voluntarie ſibi morteȝ ire ſtimulis incitatus inducēs. ⁊ hic dū liuet. paruulū mīorēqȝ ſe probat. Dū enī inuidet. teſtatur maiorē eſſe eū cuius proſperitate cruciatur.

¶ Qualis eſſe monachi cibus debeat. ca. xxiij.

i Gitur eſt cibus eligendus non tantuȝ qui concupiſcentie flagrantis eſtus tēperet minuſqȝ ſuccedant. verū etiam q ad parandū ſit facilis. ⁊ quē ad coemendū oportuniorē vilioris precij cōpendiū preſtet. quiqȝ ſit conuerſationi fratrū vſuiqȝ cōmunis. Triplex ei natura eſt caſtrimargie. Vna que canonicā refectionis horā preuenire cōpellit. alia que tātūmodo ventris ingluuie ⁊ ſaturitate quarūlibet gaudet eſcarū. tertia que accuratioribus epulis ⁊ eſculētioribus oblectat. Ideoqȝ aduerſus eā neceſſe ē monachū obſuātiā triplicē cuſtodire. ideſt vt primū legitimū tēpus abſolutionis expectet. de-

2009 Ministerio de Cultura

inde vt caſtiget ⁊ refrenet deſideriuꝫ carnis. ter
tio vt qualibuſcūqꝫ eſcis viliozibuſqꝫ contentus
ſit. Quicquid eni extra conſuetudinem pꝛeſumi
tur vſūqꝫ cōmunē. vt vanitatis ⁊ glorie atqꝫ oſtē
tationis morbo pollutū. antiquiſſima patꝝ tradi
tio notat. nec quēꝙ ex his quos merito ſciētie ac
diſcretionis enituiſſe puidimus. vel quos ad imi
